

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio ai
cum fontibus proximo et primo

Que est ista iusticie inimica bonitas,
palpare criminosos et uulnera eorum
usque ad diem iudicii incurata seruare?
Quod si eos durissimam penitenciam
per plures annos uideremus agere,
tunc nos et saluti eorum possemus consulere
et statuta canonum deberemus temperare.
Cum uero aliquibus
non compunctio humilitatis,
nec instantia operandi appareat,
nec beatum Daudid imitentur qui dicit:
Lauabo per singulas noctes,
lachrimis meis stratum meum rigabo,
et illud: Cinerem tanquam panem manducabam
et potum meum cum fletu et cetera,
nec eos ieiuniis et lectionibus uacare uideamus,
possumus agnoscere,
si ad primos gradus uel honores redirent,
cum quanta negligentia et cum quanto torpore
et inimica sue anime securitate permanerent.

Ieronymus in quadam epistola.

Que est ista iusticiae inimica bonitas,
palpare criminosos, et uulnera eorum
usque ad diem iudicii incurata seruare?
Quod si eos durissimam penitenciam
per plures annos uideremus agere,
tunc nos et saluti eorum possemus consulere,
et statuta canonum deberemus temperare.
Cum uero in aliquibus
nec compunctio humilitatis,
nec instantia orandi apareat,
nec beatum Daudid imitentur, qui dicit:
„Lauabo per singulas noctes lectum meum;
lacrimis meis stratum meum rigabo;“
et illud: „Cinerem tanquam panem manducabam,
et potum meum cum fletu miscebam;“
nec eos ieiuniis uel lectionibus uacare uideamus,
possumus agnoscere,
si ad pristinos gradus uel honores redirent,
cum quanta negligentia et cum quanto torpore
et inimica suae animae securitate permanerent,
credentes, quod sic eis
non acta digna penitencia dimiserit Deus,
quomodo sacerdotes indulsisse uidentur.

Gratianus, *Decretum*, 1.50.29 (*Corpus iuris canonici* 1, A. Friedberg ed., col.190-1).

Quae est ista iustitiae inimica benignitas,
palpare criminosos, et uulnera eorum
usque ad diem iudicii incurata seruare?
Quod si etiam durissimam eos poenitentiam
per plures annos agere uideremus,
sic nos ipsi et saluti eorum consulere,
et canonum deberemus statuta seruare.
Cum uero in aliquibus
nec compunctionis humilitas,
nec instantia orandi uel plangendi appareat,
nec B. David imitentur, qui dixit:
Lavabo per singulas noctes lectum meum,
lacrymis meis stratum meum rigabo (Psal. vi);
et illud: Cinerem sicut panem manducabam,
et potum meum cum fletu miscebam (Psal. ci),
nec eos ieiuniis uel lectioni uacere uideamus;
possumus cognoscere,
si ad honorem pristinum redierint,
cum quanta negligentia et cum quanto tempore
et inimica animae securitate permaneant,
credentes quod sic eis
non acta digne poenitentia dimiserit Deus,
quomodo sacerdotes indulsisse uidentur.

Auctor incertus (Ioannes II papa?), *Canones Gallicani* (PL 66, col.30A-B).